



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

XVII. Externa fortunæ bona peccato mortali pessundantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

diffamatus est apud Deum, infamiaq; notam evitare nō potest, non in hac tantum vita, sed & post eam; in nouissimo enim die, in illo orbis theatro, omnium risui & ludibrio expositus, sententiam damnationis accipiet, & à beatorum gloria exclusus, terræque vili per gravitatem comparatus, in infernum, æternum deprimetur infamis.

CAPVT XVII.

*Externa fortuna bona peccato mortali
pessundantur.*

OPes primùm & diuitias pessundat peccatū laethiferū.

Gen. 7. 19.

Exo. 12.

Exempla in promptu sunt: mundus totus diluuiō fuit absorptus, ciuitates quinq; igne absumptæ, indurata Ægyptus auro & argēto spoliata, lebusæi ac Chanaanæi regionibus suis exuti, infelix Hierosolyma solo æquata. Quot

alia.

alia temporalia damna dederint
 bella, terræmotus, funestæ maris
 répestates, diluuiâ, ignes, flumi-
 na, grandines, sagittæ, turbines,
 furibundi venti &c. infinitū esset
 enumerare. Mundus totus cala-
 mitatibus & ærumnis obsessus,
 ludibrio fortunæ exposit^o agita-
 tur: creaturæ impio nō arrident,
 iratæ hilarem contrahunt frōtē,
 pluraq; & maiora illi, qui in *cathe-*
dra pestilentia sedet, & minantur &
 machinantur. Conceptum de-
 inde filiorum & ortum, poster-
 itatis spē, impedit Deus, in cuius
 ira furoris indignatio effūditur;
 sic necessarios Pharaonis steriles
 fecit, quia Sarā viro suo abstule-
 rūt. Prole David, ob patratū à se
 scelus, orbatu s fuit; Heli itē libe-
 ris suis, quos nō castigauit. Impe-
 ria rur^o, regna, principatus & di-
 tiones integræ ob peccata amif-
 sæ sunt. Assiriorū imperiū, vt ait

R. 2 Maza-

Ps. 1. 1.

2. Reg. 12.

18.

Cap. 4. 18.

In Ps 10.

Mazarinus noster, in Sardanapalo defecit, ob lasciuiam eius effœminatam; regnum Medorū in Astyage, propter crudelitatem & parricidium; Persarum in Dario, propter intolerabilem eius fastum; Macedonum in Perseo, propter crebras eius rebelliones, Romanorū in Tarquinio, ob effrenē eius libidinē; Iudæorum in Herode, propter impias idololatrias, & mortem Christo salutis nostræ vindici illatam. Ingens ille colossus Babylonis, auro, argento, ære, ferro, luto constans, variaq; regna signans, contritus & in fauillam redactus est. Prægrandis illa, pulcherrima, & fecundissima arbor, per Daniele regi ostensa, ramis fuit spoliata, floribus, foliis, succisa tandem & fermè euulsa, ni Deus clementia sua multa facinus præuenisset, & Nabuchodonosorem conseruasset.

uasset.
hil, ex
est ext
scorur
Sed vr
propter
multi p
maduc
cendit f
duntur
dictun
lex po
bonis
tuntur
terris,
præful
terræ
renuit
dignit
per pe
fecit.
in

uasset. Etsi verò adforet aliud nihil, extra omnem aleam, diuisio est extrema ruina & vastatio priscorum clarorumq; regnorum. Sed vnde diuisio nisi à peccato? *propter peccata terra, ait Sapiens, multi principes eius. Iusta autē animaduersione eius, in cuius ira ascendit fumus, & carbones ab eo accenduntur, id accidit, quod adhuc dictum est, quoniam æquitatis lex postulat, vt temporalibus bonis illi priuentur, qui eis abutuntur; & vt non dominetur in terris, nec vlllo singulari honore præfulgeat, qui summo cæli ac terræ Monarchæ subditus esse renuit, neque cæteris mortalibus dignitate & gloria antecedit, qui per peccatum se bestiis similem fecit. Horrendum igitur est incidere* Heb. 10. 31.
in manus Dei viventis, peccataque castigantis.

R 3

CA-